Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nonne iste est faber: filius Marie, frater Iacobi. et Ioseph. et Iude et Symonis. Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo.
Et dicebat eis Ihesus. Quia non est propheta sine honore. nisi in patria sua. et in cognatione sua. et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere. nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.

Nolite esse prudentes Dominica III. Ad romanos. Fratres.
apud uosmetipsos. nulli malum pro malo reddentes. prudentes bona non solum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est. cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes. sed date locum irae. Scriptum est enim. Mihi uindicta. ego retribuam. dicit dominus. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit potum da illi. Hoc enim faciens. carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo. sed uince in bono malum.

Cum Descendisset Ihesus de monte. secuti sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus uenens. adorabat eum dicens. Domine. si uis potes me mundare. Et extendens manum. tetigit eum dicens. Volo. mundare. Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi Ihesus. Vide ne cui dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem intrasset capharnaum. accessit ad eum centurio. rogans eum et dicens. Domine. puer meus iacet in domo paralyticus. et male torquetur. Et ait illi Ihesus. Ego ueniam. et curabo eum. Et respondens centurio ait. Domine. non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate. habens sub me milites. et dico huic uade et uadit. et alio ueni. et uenit. et seruo meo